LE prêteur ordonne d'accorder à celui qui doit se présenter en justice, un jour pour faire vingt milles, sans compter le jour où il promet de se présenter, et celui où il doit comparoître. Ce calcul n'est onéreux à aucune des parties.

2. *Ulpian au liv. 74. sur l'Edit.*

On n'exige point que le défendeur compare, lorsque l'affaire pour laquelle il avoit promis de se présenter, est accommodée par

§. 1. Planè, si is, qui dolo fecerit, quominus in judicio sistatur, solvendo non fuerit; æquum erit, adversus ipsum reum restitutoriam actionem competere: ne propter dolum alienum reus lucrum faciat, et actor damno adficiatur.

Si is qui dolo fecit, solvendo non sit.

§. 2. Si et stipulator dolo Titii, et promissor dolo Mævii impeditus fuerit, quominus in judicio sistatur; uterque adversus eum cujus dolo impeditus fuerit, actione in factum experietur.

Si stipulator dolo unius, promissor dolo alterius non steterit.

§. 3. Si et stipulator dolo promissoris, et promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad judicium veniet, neutri eorum prætor succurrere debet: ab utraque parte dolo compensando.

Si stipulator et promissor se mutuo impederint.

§. 4. Si à fidejussore quinquaginta stipulatus fuero, si in judicium reus non venerit, petiturus à reo centum, et dolo malo Sempronii factum fuerit, ne in judicium reus veniat; centum à Sempronio consequar: tanti enim mea interfuisse videtur: quia si venisset in judicium, actio mihi centum adversus reum, vel adversus heredem ejus competeat: licet fidejussor minorem summam mihi promiserit.

Quid veniat in hoc judicium.

TITULUS XI.

SI QUIS CAUTIONIBUS

IN JUDICIO SISTENDI

Causa factis non obtemperaverit.

1. *Gaius lib. 1. ad Edictum provinciale.*

VICENA milia passuum in singulos dies dinumerari prætor jubet, præter eum diem, quo cautum promittitur, et in quem sistere in judicium oportet: nam sanè talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa est.

Itinere dinumerato quid judicio sistendi causa faciendum est.

2. *Ulpianus lib. 74. ad Edictum.*

Non exigimus reum judicio sisti, si negotium, propter quod judicio sisti promisit, fuerit transactum: sed hoc ita, si

Quibus ex causis vadimonium deserens excusatur, ac primum

de negotio transacto.

non prius id negotium transactum sit, quam sisti oporteret: cæterum si postea transactum est, exceptio doli opponi debet: quis enim de pœna promissa laborat post negotium transactum? cùm etiam transacti negotii exceptionem putaverit quis nocere, quasi etiam de pœna transactum sit: nisi contrarium specialiter partibus placuerit.

De munere municipali.

§. 1. Si quis, municipalis muneris causa, sine suo dolo malo impeditus, in iudicio secundum suam promissionem non stetit, æquissimum est tribui ei exceptionem.

De testimonio perhibendo.

§. 2. Simili modo et si ad testimonium desideratus, ad iudicium occurrere non potuit, erit ei subveniendum.

De valetudine, tempestate, vi fluminis.

§. 3. Si quis iudicio se sisti promiserit, et valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus se sistere non possit, exceptione adjuvatur: nec immeritò: cùm enim in tali promissione præsentia opus sit, quemadmodum potuit se sistere, qui adversa valetudine impeditus est? Et ideo etiam lex duodecim tabularum, si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sonto impediatur, jubet diem iudicii esse diffisum.

De graviditate aut puerperio.

§. 4. Si non propter valetudinem mulier non steterit iudicio, sed quòd gravida erat, exceptionem ei dandam Labeo ait: si tamen post partum decubuerit, probandum erit quasi valetudine impeditam.

De furore.

§. 5. Idem est, et si quis furere cœperit: nam qui furore impediatur, valetudine impeditur.

Interpretatio ejus quod supra dictum est.

§. 6. Quod diximus, succurri etiam ei, qui tempestate, aut vi fluminis prohibitus non venit; tempestatem sic intelligere debemus, sive maritima, sive terrestris sit. Tempestatem intelligere debemus talem, quæ impedimento sit itineri, vel navigationi.

De tempestate et vi fluminis.

§. 7. Vis fluminis etiam sine tempestate accipienda est: vim fluminis intelligimus, et si magnitudo ejus impedimento sit, sive pons

une transaction; mais il faut pour cela, que la transaction soit antérieure au jour où il doit comparoître. Si elle ne se fait qu'après, et que son adversaire propose une action contre lui, pour ne s'être pas présenté, il peut lui opposer une exception tirée de sa mauvaise foi; car, lorsque l'affaire est terminée, il ne doit plus être question de la peine sous laquelle on a promis de se présenter. On pourroit dire encore qu'il est en droit d'opposer une exception tirée de la transaction même, par la raison qu'elle doit être étendue à cette peine promise; à moins qu'il n'y ait une convention spéciale des parties au contraire.

1. Il est juste d'accorder une exception à celui qui ne s'est pas présenté comme il l'avoit promis, s'il n'y a point de mauvaise foi de sa part, et que les fonctions qu'il remplit dans une ville l'en aient empêché.

2. Il en est de même de celui qui est appelé en témoignage, et qui n'a pu se trouver au jugement.

3. On accordera aussi une exception à celui qui a été empêché par une maladie, par la tempête, ou par la violence d'un fleuve; et c'est avec raison: car, comme on promet d'être présent, comment un homme malade peut-il exécuter cette promesse? Aussi la loi des douze tables ordonne-t-elle « que le jour du jugement soit différé par la maladie du juge ou de l'un des parties. »

4. Lorsqu'une femme n'est pas malade, mais enceinte, Labeon pense qu'on doit lui accorder une exception. Si cependant elle garde le lit après être accouchée, il faudra prouver qu'elle est malade.

5. Il en est de même de celui qui est tombé en fureur; car la fureur est une maladie.

6. Quand nous avons dit qu'on venoit au secours de celui qui avoit été empêché par une tempête ou par la violence d'un fleuve, on doit entendre par tempête, celle qui arrive sur terre, comme celle qui arrive sur mer; mais il faut qu'elle soit telle qu'elle empêche les voyages ou la navigation.

7. La violence d'un fleuve peut s'entendre sans tempête; par exemple, s'il est trop grand, si le pont est rompu, s'il ne porte point de bâtiment

bâtiment pour le traverser.

8. Doit-on refuser l'exception à celui qui auroit pu ne point essayer de tempête, ou qui n'auroit point éprouvé d'obstacle dans le fleuve, s'il fût parti plutôt, ou s'il eût navigué dans un temps plus favorable? Cela doit se décider avec connoissance de cause; car on ne peut pas lui reprocher de n'être point parti long-temps avant que le jour de sa promesse ne fût arrivé: d'un autre côté, s'il y a de sa faute, il ne faut pas lui permettre de prétexter la tempête ou la violence du fleuve. Supposons, par exemple, qu'un homme fût à Rome au temps de sa promesse, et qu'il soit parti pour la campagne sans nécessité, et pour son seul plaisir; n'est il pas indigne du bénéfice de cette exception? Ou supposons qu'il ait été assailli de la tempête sur mer, mais qu'il eût pu venir par terre, ou éviter le fleuve en prenant un détour, on ne lui accordera point toujours l'exception, à moins que les mauvais chemins ne lui aient pas permis de venir par terre, ni de tourner autour du fleuve. Si cependant un fleuve étoit tellement débordé, qu'il remplit tout le lieu où il faut se présenter, ou qu'un autre malheur imprévu ait détruit ce lieu, ou en rende le séjour dangereux, on doit alors donner une exception.

9. On l'accorde de même à celui qui, étant dans l'intention de se présenter, a été retenu par le magistrat, pourvu qu'il n'y ait point de dol de sa part; car s'il a cherché à être retenu, et qu'il en ait fourni le sujet, l'exception ne lui servira pas; mais il n'y a que sa mauvaise foi qui puisse lui nuire, et non pas celle des autres qui l'ont retenu. S'il a été retenu par une personne privée, l'exception ne lui servira pas.

3. *Paul au liv. 69. sur l'Edit.*

Mais il a une action contre celui qui l'a retenu: son intérêt en est la mesure.

4. *Ulpian au liv. 74. sur l'Edit.*

Si celui qui a promis de se présenter, a souffert une condamnation capitale avant l'échéance du jour, il y a lieu à l'exception. On entend par condamnation capitale, la condamnation à mort, le bannissement. Mais, dira quelqu'un, quel besoin un condamné a-t-il de cette exception? Nous lui répondrons

Tome I.

pons solutus sit, vel navigium non stet.

§. 8. Si quis tamen, cum posset non incidere in tempestatem, vel in fluminis vim, si ante profectus esset, vel tempore opportuno navigasset, ipse se artaverit; numquid exceptio ei minimè prosit? Quod quidem, causa cognita, erit statuendum: nam neque sic artandus sit, ut possit ei dici, *cur non multò ante profectus es, quàm dies promissionis venire?* Neque iterum permittendum ei, si quid sit quod ei imputetur, causari tempestatem, vel vim fluminis. Quid enim, si quis, cum Romæ esset ipso tempore promissionis sistendi, nulla necessitate urgente, voluptatis causa in municipium profectus sit? nonne indignus est, cui hæc exceptio patrocinetur? Aut quid, si tempestatas quædam in mari fuit, terra autem iste potuit venire, vel flumen circumire? æquè dicendum, non semper ei exceptionem prodesse: nisi angustia non patiebantur terra iter metiri, vel circumire. Cum tamen vel flumen sic abundasset, ut implesset omnem locum, in quo sisti oportuit; vel aliqua fortuita calamitas eundem locum evertit; vel præsentiam venienti periculosam fecit, ex bono et æquo et hinc exceptio ei accommodanda est.

§. 9. Simili modo exceptio datur ei, qui cum ad iudicium venire volebat, à magistratu retentus est, et retentus sine dolo malo ipsius: nam si ipse hoc affectavit, vel causam præstitit, non ei proderit exceptio: sed ipsius quidem dolus ei oberit, cæterorum non oberit, qui malo dolo fecerunt, ut retineretur. Sed si privatus eum detinuerit, nullo modo ei proderit hæc exceptio.

De eo qui retentus fuit.

5. *Paulus lib. 69. ad Edictum.*

Sed actio ei datur adversus eum, qui detinuit, in id quod ejus interest.

4. *Ulpianus lib. 74. ad Edictum.*

Sed et si quis rei capitalis antè condemnatus iudicio sistere se non potuit, meritò huic ignoscitur. Rei capitalis condemnatum accipere debemus, qui morte, exiliove coercitus est. Dixerit aliquis, quò ergo hæc exceptio damnato? Sed respondebitur, fidejussoribus ejus esse

De damnato rei capitalis.

necessariam : aut si fortè in exilium, salva civitate, abiit : ubi defensori ejus exceptio ista proderit.

§. 1. Illud sciendum est, eum, qui idcirco non stetit, quia capitis reus factus est, in ea causa esse, ut exceptione uti non possit : damnato enim datur. Planè si vinculis, vel custodia militari impeditus idè non stetit, in ea erit causa, ut exceptione utatur.

§. 2. Præterea si funere quis domestico impeditus non venit, debet ei exceptio dari.

§. 3. Item, si quis in servitute hostium fuerit, ac per hoc in judicium non stetit; debet exceptione adjuvari.

§. 4. Quæsitum est, an possit conveniri, ne ulla exceptio in promissione deserta judicio sistendi causa facta objiciatur? Et ait Atilicinus conventionem istam non valere. Sed et ego puto conventionem istam ita valere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus à promissore sponte renunciatum est.

§. 5. Item quæritur, si quis, cum judicio sistendi causa satisfacere non deberet, satisfato promiserit; an fidejussoribus ejus exceptio detur? Puto interesse, utrum per errorem satisfato promissum est, an ex conventionem: si per errorem, dandam fidejussoribus exceptionem: si ex conventionem, minimè dandam. Nam et Julianus scribit, si judicio sistendi causa pluris, quàm statutum est, per ignorantiam promissum fuerit; exceptionem dari debere: si autem ex conventionem tantæ summæ promissio facta sit, exceptionem, pacti conventi replicatione, infirmendam Julianus ait.

5. Paulus lib. 69. ad Edictum.

Si duo rei stipulandi sunt, et uni debitor judicio se sisti cum pœna promiserit, alter autem impeditur; ita demum exceptio adversus alterum danda est, si socii sint: ne prosit ei dolus propter societatem.

§. 1. Item si duo rei promittendi sint, et unus ad judicium non venerit, contempta sua promissione judicio sistendi causa

qu'elle est nécessaire à ses cautions; ou, s'il est envoyé en exil sans perdre le droit de citoyen, à celui qui est chargé de le défendre.

1. Il faut observer que celui qui ne s'est pas présenté, par la raison qu'il étoit accusé d'un crime capital, ne peut point se servir de l'exception: elle n'est accordée qu'à celui qui est condamné. Assurément, s'il ne s'est pas présenté parce qu'il étoit en prison ou gardé à vue par des soldats, il jouira de l'exception.

2. On l'accorde aussi à celui qui est occupé des funérailles d'une personne de sa maison.

3. De même qu'à celui qui est en captivité chez les ennemis, et qui, par cette raison, n'a pu se présenter.

4. On a demandé si on pouvoit convenir de ne proposer aucune exception, dans le cas où on manqueroit à se présenter. Atilicinus est d'avis que cette convention ne vaut rien. Mais je pense qu'elle peut valoir, si on a exprimé spécialement les causes d'exception; parce qu'alors celui qui s'est engagé y a renoncé volontairement.

5. On demande aussi si on doit accorder l'exception aux répondans donnés par une partie qui n'étoit pas obligée de donner caution de se présenter? Je crois qu'il faut distinguer si c'est par erreur que le répondant a été donné, ou si c'est en vertu d'une convention particulière. L'exception a lieu dans le premier cas, mais non pas dans le second: car Julien écrit que si on a promis de se présenter, en se soumettant par ignorance à une peine plus considérable que celle qui est établie, on peut opposer une exception; au lieu que si cette peine extraordinaire est portée par une convention particulière, on répondroit à l'exception par une réplique tirée de la convention.

5. Paul au liv. 69. sur l'Edit.

Si l'on présente deux créanciers solidaires, et que le débiteur ayant promis à l'un d'eux de se présenter sous une certaine peine, en ait été empêché par l'autre, le débiteur ne pourra opposer l'exception au premier, qu'autant que les créanciers seront associés; de peur que la mauvaise foi d'un associé ne soit utile à l'autre.

1. De même s'il se trouve deux débiteurs solidaires, et que l'un d'eux, au mépris de sa promesse, ne se présente point; si le créancier

De capitis accusatione, vinculis et custodia militari.

De funere domestico.

De captivitate.

De conventionem, ne exceptio in vadimonio deserto objiciatur.

Si satisfatum sit ab eo, qui non tenebatur. Si plus promissum sit.

Si ex duobus reis stipulandi uni promissum sit, alter autem impeditur.

Si ab uno res petatur, ab altero pœna desertionis

veut demander à l'un la chose, et à l'autre la peine de la désertion du jugement, sa demande pour la peine sera éludée par une exception.

2. Par la même raison, si la promesse de se présenter est faite par un père dans l'affaire de son fils, et qu'ensuite la partie ait procédé en jugement contre le fils, le père pourra lui opposer une exception, si elle veut agir ensuite contre lui en vertu de sa promesse. Il en sera de même si c'est le fils qui a promis de se présenter, et que la partie ait procédé en jugement contre le père, pour être payée sur le pécule.

6. *Gaius au liv. 1. sur la Loi des XII tables.*

Si quelqu'un a donné un répondant pour assurer qu'il se présenterait en justice, et qu'une absence pour les affaires de l'état l'en ait empêché, il n'est pas juste que le répondant soit obligé à se présenter pour un autre qui a le droit de ne pas comparoître.

7. *Paul au liv. 69. sur l'Edit.*

Si quelqu'un a promis de représenter en justice un esclave ou un homme sous la puissance d'autrui, il peut se servir des mêmes exceptions qu'il auroit dans le cas où il se seroit rendu caution pour un homme libre ou un chef de famille, excepté celle qui se tire de l'absence pour la république; parce qu'un esclave n'est jamais absent pour cette cause. Mais si on ôte cette exception, toutes les autres sont communes et ont lieu, tant en faveur d'un homme libre, qu'en faveur d'un esclave.

8. *Gaius au liv. 29. sur l'Edit provincial.*

Si quatre ou cinq jours après l'échéance de la promesse, la partie se présente pour répondre, et que ce délai n'ait fait aucun tort au demandeur, on peut dire qu'elle jouira du bénéfice de l'exception.

9. *Ulpian au liv. 77. sur l'Edit.*

Si un esclave promet de se présenter en justice, son obligation n'a point d'effet, ni contre lui, ni contre les répondans qu'il a donnés.

1. Si on a promis par une même obligation, de représenter plusieurs esclaves, et qu'un seul ne se soit pas présenté, la peine entière est due, suivant Labéon; parce qu'il est vrai qu'ils n'ont pas été tous représentés. Cependant, si on offre une partie de la peine pour l'esclave qui n'est point représenté, celui qu'on actionnera en vertu de la promesse,

facta, actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam desertionis, petendo pœnam exceptione summovebitur.

§. 2. *Æquè si à patre facta fuerit promissio judicio sistendi gratia ex filii contractu, deinde de re actor egerit cum filio, exceptione summovebitur, si cum patre ex ejus promissione agat. Et contra idem erit, si filius promiserit, et actor egerit cum patre de peculio.*

6. *Gaius lib. 1. ad Legem XII tabularum.*

Si is, qui fidejussorem dedit, ideo non steterit, quòd reipublicæ causa abfuit; iniquum est, fidejussorem ob alium necessitate sistendi obligatum esse, cum ipsi liberum esset non sistere.

De absentia reipublicæ causa

7. *Paulus lib. 69. ad Edictum.*

Si quis servum in judicio sisti promiserit, vel alium, qui in aliena potestate est; iisdem exceptionibus utitur, quibus, si pro libero, vel patrefamilias fidejussit: præterquam si reipublicæ causa abesse diceretur servus: nam servus reipublicæ causa abesse non potest. Præter hanc autem exceptionem, cæteræ, quia communes sunt, tam in libero homine, quàm in servo locum habent.

Quibus excusationibus uti possit qui alieno juri subjectum sisti promiserit.

8. *Gaius lib. 29. ad Edictum provinciale.*

Et si post tres, aut quinque, pluresve dies, quam judicio sisti se reus promiserit, quam judicio sisti se reus promiserit, secum agendi potestatem fecerit, nec actoris jus ex mora deterius factum sit; consequens est dici, defendi eum debere per exceptionem.

Si quis post diem præstitutum steterit.

9. *Ulpianus lib. 77. ad Edictum.*

Si servus judicio se sisti promittat; non committitur stipulatio, neque in eum, neque in fidejussores ejus.

Si servus se judicio sisti satisfactionem dederit.

§. 1. Si plurium servorum nomine, judicio sistendi causa, una stipulatione promittatur; pœnam quidem integram committi, licet unus status non sit, Labeo ait: quia verum sit, omnes statos non esse: verum, si pro rata unius offeratur pœna; exceptione doli usurum eum, qui ex hac stipulatione convenitur.

Si ex pluribus servis unus non sistatur.

10. *Paulus lib. 1. ad Plautium.*

Si eum judicio sisti promisero, qui jam tempore liberatus esse dicebatur, quia jam actione fortè non tenebatur; actio in me danda est, ut vel exhibeam eum, vel defendam, ut veritas inquiratur.

Si quis tempore liberatum sisti promiserit.

Si homo sisti promissus, ante diem perierit.

§. 1. Homo sisti promissus ante diem dolo promissoris perit; certo jure utimur, non ante pœnam peti posse, quam dies venerit: tota enim stipulatio in diem collata videtur.

De successoribus et de morte rei.

§. 2. Qui injuriarum acturus est, stipulatus erat ante litem contestatam, ut adversarius suus judicio sistat; commissa stipulatione mortuus est: non competere heredi ejus ex stipulatione actionem placuit: quia tales stipulationes propter rem ipsam darentur: injuriarum autem actio heredi non competit: quamvis enim hæc stipulatio judicio sistendi causa facta ad heredem transeat, tamen in hac causa danda non est: nam et defunctus si vellet omissa injuriarum actione ex stipulatu agere, non permetteretur ei. Idem dicendum esse, et si is, cum quo injuriarum agere volebam, stipulatione tali commissa decesserit: nam non competit mihi adversus heredem ejus ex stipulatu actio: et hoc Julianus scribit: secundum quod et si fidejussores dati erant, minime dabitur in eos actio mortuo reo. Idem Pomponius, si non post longum tempus decesserit, quia si ad judicium venisset, litem cum eo contestari actor potuisset.

11. *Ulpianus lib. 47. ad Sabinum.*

Si quis quendam in judicio sisti promiserit, in eadem causa eum debet sistere. In eadem autem causa sistere, hoc est, ita sistere, ut actori persecutio loco deteriori

Ut in eadem causa quis sistatur, et quid sit in eadem causa sistere.

pourra opposer une exception tirée de la mauvaise foi de son adversaire.

10. *Paul au liv. 1. sur Plautius.*

Si j'ai promis de représenter en justice un homme qui prétendoit être déjà libéré par le laps de temps, par exemple, parce qu'il n'étoit plus tenu par l'action qu'on intendoit contre lui, il y a une action contre moi pour me forcer à le représenter ou à le défendre, afin de parvenir à connoître la vérité.

1. Un homme qu'on avoit promis de représenter est mort, par la mauvaise foi de celui qui avoit promis, avant l'échéance du terme convenu; il est incontestable dans le droit qu'on ne peut demander la peine qu'après l'échéance du jour; parce que ces obligations se rapportent à un jour certain.

2. Un homme devoit intenter contre un autre une action en réparation d'injures. Avant la contestation en cause, il se fit promettre que son adversaire se présenteroit un certain jour; et ce jour étant écoulé, il est mort. On est d'avis que l'action qu'il avoit, en vertu de la promesse qui lui avoit été faite, ne passe point à son héritier; parce que ces promesses sont données pour assurer l'action principale, et que l'action en réparation d'injures ne passe point à l'héritier: car quoi qu'en général l'action qui naît de la promesse de représenter, passe à l'héritier, il ne l'a point cependant dans le cas dont nous parlons. En effet, on n'auroit pas permis même au défunt, d'agir en vertu de la promesse, en renonçant à l'action d'injures. Il en faut dire de même, si celui contre qui l'action en réparation d'injures étoit intentée, est mort après l'échéance du jour. La partie ne peut agir contre son héritier, en vertu de la promesse qui lui a été faite par le défunt de se présenter: c'est l'avis de Julien. En conséquence, si le défendeur a donné des réponses, ils ne seront point tenus après sa mort. Pomponius adopte aussi ce sentiment, dans le cas où il est mort peu de temps après l'échéance; car s'il s'étoit présenté en jugement, son adversaire auroit pu commencer la cause avec lui.

11. *Ulpian au liv. 47. sur Sabin.*

Quand on a promis de représenter quelqu'un en jugement, on doit le présenter dans le même état. Représenter dans le même état, c'est le représenter de manière que le droit

de la partie ne souffre point de diminution, quoique la poursuite en puisse être devenue plus difficile; car, quoiqu'elle soit devenue plus difficile, on peut dire que son adversaire est représenté dans le même état. En effet, il n'en seroit pas moins regardé comme tel, s'il avoit contracté de nouvelles dettes ou perdu sa fortune. Ainsi celui qui est présenté après avoir été condamné envers un autre, est censé représenté dans le même état.

12. *Paul au liv. 11. sur Sabin.*

Mais celui qui a le droit de se servir d'un privilège nouvellement acquis, n'est point censé représenté dans le même état.

1. A l'égard de l'estimation de l'intérêt de celui qui agit, il faut se reporter au temps où son adversaire a dû être représenté, et non pas à celui où il intente son action, quand même, dans ce dernier temps, il n'auroit plus d'intérêt.

15. *Julien au liv. 55. du Digeste.*

Quand un esclave demande ou fait une promesse de se présenter en jugement, comme devant agir lui-même, la promesse n'a point d'effet, et les répondans ne sont point obligés; parce qu'un esclave ne peut ni actionner ni être actionné.

14. *Nératius au liv. 2. de ses Feuilles.*

Si un fondé de procuration s'est fait promettre simplement qu'on lui représenteroit un homme en jugement, sans stipuler une peine dans le cas où il ne seroit pas représenté, cette promesse ne peut guère avoir d'effet; parce que le fondé de procuration, à ne considérer que son utilité, n'a aucun intérêt que l'homme soit représenté. Cependant, comme en stipulant il faisoit les affaires d'un autre, on pourroit dire qu'on doit faire attention, non à l'utilité du fondé de procuration, mais à celle du maître de l'affaire; en sorte que, dans le cas où l'homme ne seroit point représenté, il seroit dû au fondé de procuration une somme proportionnée à l'intérêt que le maître de l'affaire avoit que son adversaire fût représenté. Il faut dire la même chose, à plus forte raison, si le fondé de procuration a inséré dans la promesse cette clause: à peine des dommages et intérêts; car on interprétera cette clause, en la rapportant à l'avantage du maître de l'affaire, et non à celui du fondé de procuration.

non sit; quamvis exactio rei possit esse difficilior: licet enim difficilior exactio sit, tamen dicendum est videri in eadem causa eum stetisse: nam etsi novum æs alienum contraxisset, vel pecuniam perdidisset, videtur tamen in eadem causa stetisse. Ergo et qui alii judicatus sistitur, in eadem causa stare videtur.

12. *Paulus lib. 11. ad Sabinum.*

Qui autem novo privilegio utitur, non videtur in eadem causa sisti.

§. 1. Illud tenendum est, æstimationem ejus quod intersit agentis, ad illud tempus referendam esse, quo sisti debuit, non ad id, quo agitur, quamvis desierit ejus interesse.

Ad quod tempus refertur æstimatione ejus, quod interest agentis.

15. *Julianus lib. 55. Digestorum.*

Quotiens servus judicio sistendi causa, ut ipse litigaturus, vel ab alio stipulatur, vel ipse promittit; nec committitur stipulatio, nec fidejussores tenentur: quia servus conveniri, vel convenire non potest.

Si servus judicio sisti stipulatur vel promittat

14. *Neratius lib. 2. Membranarum.*

Si procurator ita stipulatus est, ut sistat duntaxat eum, quem stipularetur; non etiam pœnam, si status non esset, stipularetur, propemodum nullius momenti est ea stipulatio: quia procuratoris, quod ad ipsius utilitatem pertinet, nihil interest sisti. Sed cum alienum negotium in stipulando egerit, potest defendi non procuratoris, sed ejus cujus negotium gesserit, utilitatem in ea re spectandam esse, ut quantum domini litis interfuit sisti, tantum ex ea stipulatione, non stato reo, procuratori debeatur. Eadem et fortius ad iudici possunt, si procurator ita stipulatus esset, *quanti ea res erit*: ut hanc conceptionem verborum, non ad ipsius, sed ad domini utilitatem relata interpretemur.

De stipulatione procuratoris.

15. *Papinianus lib. 2. Quæstionum.*

Si tutor promiserit iudicio sisti, et desierit posse conveniri.

Si tutor iudicio sisti promiserit, et stipulationi non obtemperaverit, et interea pupillus adoleverit, aut mortem obierit, aut etiam abstentus sit hereditate; denegabitur ex stipulatu actio: nam et ipsius rei quæ petebatur, si tutor iudicatus fuerit, et eorum quid acciderit, non esse dandam in eum actionem iudicati probatum est.

TITULUS XII.

DE FERIIS ET DILATIONIBUS,
ET DIVERSIS TEMPORIBUS.1. *Ulpianus lib. 4. de omnibus Tribunalibus.*

Ne quis messium aut vindemiarum tempore in jus venire cogatur.

NE quis messium, vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium venire, oratione divi Marci exprimitur: quia occupati circa rem rusticam, in forum compellendi non sunt.

Si his temporibus sententia dicta fuerit.

§. 1. Sed si prætor aut per ignorantiam, vel socordiam evocare eos perseveraverit, hique sponte venerint, siquidem sententiam dixerit præsentibus illis, et sponte litigantibus, sententia valebit, tametsi non rectè fecerit, qui eos evocaverit: sin verò, cum abesse perseveraverint, sententiam protulerit etiam absentibus illis, consequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti. Neque enim prætoris factum juri derogare oportet. Et citra appellationem igitur sententia infirmabitur.

Quibus ex causis, dictis temporibus in jus vocare licet.

§. 2. Sed excipiuntur certæ causæ, ex quibus cogi poterimus, et per id temporis, cum messes, vindemiæque sunt, ad prætores venire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est, si dilatio actionem sit peremptura. Sanè quotiens res urget, cogendi quidem sumus ad prætorem venire, verum ad hoc tantum cogi æquum est, ut lis contestetur: et ita ipsis verbis orationis exprimitur: denique alterutro recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit.

15. *Papinien au liv. 2. des Questions.*

Si un tuteur a promis de se présenter en jugement, et que, n'ayant point satisfait à sa promesse, le pupille ait atteint dans l'intervalle l'âge de puberté, qu'il soit mort, ou qu'il se soit abstenu de la succession, le tuteur ne sera point tenu en vertu de sa promesse; car s'il étoit intervenu un jugement contre lui sur la chose demandée, dans le cas d'un de ces événemens, il est reçu que l'action à laquelle le jugement auroit donné lieu, ne pourroit être intentée contre lui.

TITRE XII.

DES FÊTES, DES DÉLAIS
ET DES DIFFÉRENS TEMPS.1. *Ulpien au liv. 4. de tous les Tribunaux.*

L'ORDONNANCE de l'empereur Marc-Aurèle défend de traduire en jugement dans le temps de la moisson et des vendanges; parce qu'étant occupés à recueillir les biens de la terre, les plaideurs ne doivent point être forcés à paroître en justice.

1. Mais si le préteur, par ignorance ou par négligence, continue à les citer, et qu'ils viennent de bonne volonté, la sentence qu'il aura prononcée en leur présence et de leur consentement, vaudra, quoiqu'il ait eu tort de les citer: mais s'il a prononcé sans que les parties aient voulu se présenter, la sentence qu'il aura portée, même pendant leur contumace, n'aura point d'effet; car le préteur ne peut point déroger au droit par voie de fait. Ainsi la sentence sera nulle, sans qu'on soit obligé de se pourvoir par appel.

2. Il y a cependant certaines causes qu'il faut excepter, et pour lesquelles on doit paroître en justice, même pendant le temps de la moisson et des vendanges: par exemple si la chose contestée doit périr par le temps, c'est-à-dire, si le délai doit détruire l'action. Assurément, dans les causes qui demandent célérité, on peut être forcé de paroître devant le préteur; mais il est juste qu'on ne le soit qu'à commencer l'instance; ce que l'ordonnance dont nous parlons décide en propres termes; car, après la contestation en cause, si l'une des parties refuse de procéder, l'ordonnance lui accorde un délai.

2. *Le même au liv. 5. sur l'Edit.*

La même ordonnance de l'empereur Marc-Aurèle, prononcée au sénat, contient d'autres causes pour lesquelles on doit se présenter devant le préteur, même les jours de fêtes : comme, pour faire donner des tuteurs ou des curateurs, les faire avertir de leurs devoirs, lorsqu'ils s'en écartent, proposer les raisons d'excuses, faire ordonner des alimens, faire la preuve de son âge, se faire envoyer en possession, soit qu'elle soit demandée par une mère au nom de l'enfant qu'elle porte dans son sein, soit par un créancier pour conserver sa sûreté, ou par un légataire ou un fidéicommissaire, ou par un voisin qui appréhende le tort que la ruine de la maison voisine peut lui occasionner; de même pour faire ouvrir un testament, pour faire nommer un curateur aux biens de celui qui est dans l'incertitude s'il se portera héritier, pour faire adjuger des alimens aux enfans, aux parens, aux patrons, pour faire accepter une succession suspecte, pour faire estimer une injure qui paroît énorme, ou pour faire donner une liberté dont l'héritier est chargé par testament.

3. *Le même au liv. 2. sur l'Edit.*

On a aussi coutume de rendre la justice dans le temps de la vendange et de la moisson, sur les actions que le temps ou la mort doit éteindre. La mort, comme sont les actions qui naissent du vol, du tort fait à quelqu'un, des injures graves, celles qu'on a contre ceux qui ont enlevé des effets dans un incendie, une ruine, un naufrage, un vaisseau attaqué, et d'autres semblables. Il en est de même, si la chose contestée doit périr par le temps, ou que le jour fixé pour intenter l'action doive s'écouler.

1. Les jugemens qui regardent la liberté sont expédiés en tout temps.

2. Il en est de même, quand il s'agit de ceux qui, sous prétexte du droit qu'ils ont de tenir marché, reçoivent quelque chose contre l'utilité commune.

4. *Paul au liv. 1. sur l'Edit.*

Les présidens des provinces sont dans l'usage de fixer le temps de la moisson et des vendanges, suivant la coutume des lieux.

5. *Ulprien au liv. 62. sur l'Edit.*

La veille des calendes de Janvier, les ma-

2. *Idem lib. 5. ad Edictum.*

Eadem oratione divus Marcus in senatu recitata effecit, de aliis speciebus prætorum adiri etiam diebus feriaticis: utputa ut tutores aut curatores dentur, ut officii admoneantur, cessantes excusationes allegentur, alimenta constituentur, ætates probentur, ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei servandæ causa, vel legatorum, fidei commissorum, vel damni infecti: item de testamentis exhibendis, ut curator detur bonorum ejus, qui an heres existiturus sit, incertum est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda suspecta hereditate: aut ut aspectu atrox injuria æstimetur; vel fideicommissaria libertas præstanda.

De aliis speciebus in quibus non obstant feriæ.

3. *Idem lib. 2. ad Edictum.*

Solet etiam messis, vindemiarumque tempore jus dici de rebus, quæ tempore vel morte perituræ sunt: morte, veluti furti, damni, injuriæ, injuriarum atrocium, qui de incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata rapuisse dicuntur, et si quæ similes sunt: item si res tempore perituræ sunt, aut actionis dies exiturus est.

De judicio in rebus: tempore vel morte perituræ.

§. 1. Liberalia quoque judicia omni tempore finiuntur.

§. 2. Item in eum qui quid nundinarum nomine adversus communem utilitatem acceperit, omni tempore jus dicitur.

4. *Paulus lib. 1. ad Edictum.*

Præsides provinciarum, ex consuetudine cujusque loci, solent messis vindemiarumque causa tempus statuere.

De tempore messium et vindemiarum statuendo.

5. *Ulpianus lib. 62. ad Edictum.*

Pridie kalendas Januarias magistratus

Justitiam pri-

neque jus dicere, sed nec sui potestatem facere consuerunt.

6. *Idem lib. 77. ad Edictum.*

Si feriatis diebus judicatum fuerit.

Si feriatis diebus fuerit judicatum; lege cautum est, ne his diebus judicium sit, nisi ex voluntate partium: et quod aliter adversus ea judicatum erit, ne quis judicatum facere, neve solvere debeat: neve quis, ad quem de ea re in jus aditum erit, judicatum facere cogat.

7. *Idem lib. 1. de Officio consulis.*

Quoties dilatio dari debeat.

Oratione quidem divi Marci, amplius quam semel non esse dandum instrumentorum dilationem, expressum est; sed utilitatis litigantium gratia, causa cognita, et iterum dilatio tam ex eadem, quam ex alia provincia, secundum moderamen locorum impertiri solet: et maximè si aliquid inopinatum emergat. Illud videndum, si defunctus acceperit aliquam dilationem propter instrumenta, an successori quoque ejus dari debeat: an verò, quia jam data est, amplius dari non possit? et magis est, ut et hinc, causa cognita dari debeat.

8. *Paulus lib. 13. ad Sabinum.*

De die naturali.

More romano dies à media nocte incipit, et sequentis noctis media parte finitur: itaque quicquid in his viginti quatuor horis (id est duabus dimidiatis noctibus, et luce media) actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset.

9. *Ulpianus lib. 7. de Officio proconsulis.*

Quæ possunt tempore feriarum expediri vel non.

Divus Trajanus Minitio Natali rescripsit, ferias à forensibus tantum negotiis dare vacationem: ea autem, quæ ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda: inter quæ custodiarum quoque cognitionem esse.

10. *Paulus lib. 5. Sententiarum.*

Quoties dilatio dari sit.

In pecuniariis causis omnis dilatio singularis causis plus semel tribui non potest: in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duæ dari possunt: sed utrumque, causa cognita.

gistrats ne rendent pas la justice et ne se présentent point en public.

6. *Le même au liv. 77. sur l'Edit.*

Si le juge a prononcé un jour de fête, la loi veut que le jugement ne vaille que du consentement des parties; autrement on n'est point obligé d'y acquiescer, ni de payer ce à quoi on a été condamné; et aucun juge à qui on aura recours en pareil cas, ne peut forcer à obéir au jugement.

7. *Le même au liv. 1. des Fonctions du consul.*

L'ordonnance de l'empereur Marc-Aurèle, porte bien qu'on ne pourra accorder qu'une seule fois des délais pour trouver les actes nécessaires; cependant, pour l'utilité des parties, on peut accorder un second délai en connoissance de cause, tant dans la même province que dans une autre, suivant l'usage des lieux; surtout s'il se présente quelque cas imprévu. Examinons si le délai ayant été accordé au défunt, pour rechercher quelques pièces, doit l'être encore à l'héritier, ou si ayant été accordé une fois, il ne peut plus l'être une seconde. Il est plus raisonnable de l'accorder dans ce cas une seconde fois en connoissance de cause.

8. *Paul au liv. 13. sur Sabin.*

Suivant notre usage, le jour commence et finit à minuit: ainsi tout ce qui se passe pendant ces vingt quatre heures, c'est-à-dire, pendant les deux moitiés de nuit, et le jour qui les sépare, est censé fait à toute heure du même jour.

9. *Ulpien au liv. 7. des Fonctions du proconsul.*

L'empereur Trajan, dans un rescrit adressé à Minicius Natalis, a déclaré que les jours de fêtes ne faisoient vaquer que le barreau; en sorte que tout ce qui appartient à la discipline militaire peut être exécuté dans ces jours, pendant lesquels on peut aussi interroger les criminels.

10. *Paul au liv. 5. des Sentences.*

Dans les causes pécuniaires, on ne peut accorder qu'un seul délai; néanmoins dans les causes capitales, on en accorde trois à l'accusé, et deux à l'accusateur; mais toujours en connoissance de cause.

1. *Ulpian au liv. 4. sur l'Edit.*

ON doit dénoncer la nature de l'action qu'on veut intenter ; car il est très-juste que celui qui est attaqué, sache s'il doit acquiescer à la demande faite contre lui, ou défendre son droit ; et, s'il se détermine à se défendre, qu'il puisse se présenter après avoir préparé les moyens de soutenir sa cause, et connoissant l'action qu'on intente contre lui.

1. Dénoncer l'action, c'est donner à celui qu'on attaque la faculté d'en transcrire les termes, ou les renfermer dans un écrit : c'est la lui donner ou la lui dicter. C'est encore, suivant Labéon, dénoncer son action, que de conduire son adversaire au lieu où est affiché l'édit du préteur, pour lui montrer l'action dont on entend se servir, ou lui déclarer cette action.

2. Les pièces dont on donne copie, doivent se faire sans date, et sans y désigner le nom du consul qui est en charge ; de peur que la date ne fasse imaginer quelque faux, et n'y donne lieu en avançant le jour. Mais le préteur ne défend de dater que le jour où l'acte a été écrit, et non pas celui où le paiement doit se faire ; car le terme fixé pour le paiement fait partie de l'obligation comme la somme elle-même. Les comptes doivent être produits avec leur date et le nom du consul, parce que les recettes et les dépenses ne peuvent point être autrement constatées.

3. On doit produire toutes les pièces que l'on veut présenter devant le juge ; mais on n'est point obligé de montrer celles dont on n'entend pas se servir.

4. Celui qui ne fournit point l'obligation toute entière, n'est point censé avoir dénoncé la nature de son action.

5. On peut venir au secours de ceux qui, par foiblesse d'âge, par ignorance, par la fragilité de leur sexe, ou par quelque autre raison légitime, ont négligé de dénoncer leur action.

2. *Paul au liv. 3. sur l'Edit.*

Si on demande un legs, le préteur n'oblige point à donner copie des termes du tes-

1. *Ulpianus lib. 4. ad Edictum.*

QUA quisque actione agere volet, eam edere debet : nam æquissimum videtur, eum, qui acturus est, edere actionem, ut proinde sciat reus, utrum cedere, an contendere ultra debeat : et si contendendum putat, veniat instructus ad agendum, cognita actione qua conveniatur.

De edenda actione.

§. 1. Edere est etiam, copiam describendi facere, vel in libello complecti, et dare, vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat adversarium suum ad album, et demonstret, quod dictaturus est ; vel id dicendo, quo uti velit.

Quid sit actionem edere.

§. 2. Editiones sine die et consule fieri debent, ne quid excogitetur à die et consule, et prælato die fiat. Diem autem et consulem excepit prætor, quo instrumentum conscriptum est, non in quem solutio concepta est : nam dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis. Rationes tamen cum die et consule edi debent : quoniam accepta et data, non aliàs possunt apparere, nisi dies et consul fuerit editus.

De die et consule.

§. 3. Edenda sunt omnia, quæ quis apud judicem editurus est : non tamen ut et instrumenta, quibus quis usus non est, compellatur edere.

Quæ sunt edenda.

§. 4. Edere non videtur, qui stipulationem totam non edit.

Si quis non totam stipulationem edat.

§. 5. Eis qui ob ætatem, vel rusticitatem, vel ob sexum lapsi non ediderunt, vel ex alia justa causa, subveniatur.

Quibus causis non edenti subvenitur.

2. *Paulus lib. 3. ad Edictum.*

Si legatum petatur, non jubet prætor verba testamenti edere : ideò fortasse,

Utrum testamentum heredi edi debeat.

quia heredes solent habere exemplum testamenti,

tament, peut-être parce que les héritiers ont coutume d'en avoir une.

3. *Mauricianus lib. 2. de Pœnis.*

Senatus censuit, ne quisquam eorum, à quibus quid fisco petetur, alia instrumenta delatori cogatur edere, quàm quæ ad eam causam pertinerent, ex qua se deferre professus esset.

3. *Mauricianus au liv. 2. des Peines.*

Le sénat a ordonné que ceux à qui on demanderoit quelque chose au nom du fisc, ne seroient obligés de fournir au délateur que les pièces relatives à la cause dans laquelle il s'est porté pour délateur.

4. *Ulpianus lib. 4. ad Edictum.*

Prætor ait: *Argentariæ mensæ exercitores rationem, quæ ad se pertinet, edant adjecto die et consule.*

4. *Ulpien au liv. 4. sur l'Édit.*

L'édit du prêteur porte: « que ceux qui exercent la banque doivent montrer à chacun le compte qui le regarde, en y ajoutant la date et le nom du consul. »

Et ejus ratio.

§. 1. Hujus edicti ratio æquissima est: nam cum singulorum rationes argentarii conficiant, æquum fuit, id quod mei causa confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi.

1. Cet édit est très-équitable: car, comme les banquiers tiennent les comptes de chaque particulier, il est juste que ce qu'un banquier a fait par rapport à moi, me soit montré, comme étant une pièce qui m'est en quelque façon propre.

Si filiusfamilias,

§. 2. Sed et filiusfamilias continetur his verbis, ut vel ipse cogatur edere. An et pater, quæritur? Labeo scribit patrem non cogendum, nisi sciente eo argentaria exerceatur: sed rectè Sabinus respondit, tunc id admittendum, cum patri quæstum refert.

2. Le fils de famille est compris dans les termes de l'édit, en sorte qu'il est aussi obligé de montrer ses comptes; mais, dans ce cas, son père y est-il aussi obligé? Labeon dit qu'on ne peut point y forcer le père, à moins que le fils n'exerce la banque de sa connoissance; mais Sabin a répondu, avec plus de raison, que cela n'est vrai que dans le cas où il rend le gain à son père.

Vel servus argentariam exercesc.

§. 3. Sed si servus argentariam faciat (potest enim); si quidem voluntate domini fecerit, compellendum dominum edere, ac perinde in eum dandum est judicium, ac si ipse fecisset: sed si inscio domino fecit, satis esse dominum jurare, eas se rationes non habere. Si servus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, vel de in rem verso tenetur: sed si dominus habet rationes, nec edit; in solidum tenetur.

3. Lorsqu'un esclave exerce la banque (car il le peut), si c'est par la volonté de son maître, celui-ci est forcé de montrer ses comptes, et il y a une action contre lui, comme s'il eût exercé la banque lui-même; mais si c'est à l'insu de son maître, il suffit que le maître assure avec serment qu'il n'a point ses comptes. Si un esclave exerce la banque avec l'argent de son pécule, le maître est tenu jusqu'à concurrence du bénéfice qu'il tire du pécule de son esclave, ou du profit qui lui est revenu de l'exercice de la banque; mais si le maître a les comptes, et qu'il ne veuille pas les représenter, il est tenu pour le tout.

De eo qui desit argentariam facere. Ubi edi debet.

§. 4. Etiam is qui desit argentariam facere, ad editionem compellitur.

4. On force celui même qui a cessé de tenir la banque à représenter des comptes.

§. 5. Sed ibi quis compellitur edere, ubi argentariam exercuit: et hoc est constitutum. Quod si instrumentum argentariæ in alia provincia habeat, in alia administraverit; ibi puto cogendum edere, ubi

5. Le banquier est obligé de montrer ses comptes dans l'endroit où il a exercé la banque. S'il l'a exercée dans une province, et que son livre de comptes se trouve dans une autre, je pense qu'on peut le forcer à le re-

présenter dans celle où il a exercé; car c'est déjà un délit de sa part de l'avoir transporté ailleurs. S'il tient la banque dans un endroit, et qu'on le force à représenter son livre dans un autre, je pense qu'il n'est point obligé de le faire, à moins qu'on ne veuille se contenter d'une copie et se charger des frais.

5. *Paul au liv. 3. sur l'Edit.*

On doit lui donner du temps pour faire tenir cette copie.

6. *Ulpian au liv. 4. sur l'Edit.*

Si un banquier a son livre de comptes dans une maison séparée de la sienne, ou dans un cabinet, il vous conduira au lieu où il est, ou vous en donnera copie.

1. Les héritiers du banquier sont aussi tenus de représenter ses comptes. S'il y a plusieurs héritiers, et que les comptes soient entre les mains de l'un d'eux, il sera seul forcé à les représenter; s'ils les ont tous et qu'un seul d'entre eux les représente, on peut les y obliger tous. En effet il peut arriver que les comptes soient représentés par un héritier de peu de considération, en sorte qu'on puisse douter de la fidélité de la représentation; ainsi, pour qu'on puisse comparer les comptes, les autres doivent aussi les produire, ou signer la représentation faite par l'un d'eux. Il en est de même s'il y a plusieurs banquiers à qui on demande la représentation; car, par la même raison, lorsque plusieurs tuteurs ont administré une tutelle, tous sont obligés de représenter leurs registres, ou de signer la représentation faite par un d'eux.

2. Le banquier a droit d'exiger de celui qui l'actionne, un serment par lequel il assure que ce n'est point par malignité qu'il demande la représentation des registres; afin qu'il ne puisse demander qu'on lui représente des articles dont il n'a que faire, ou qu'il a déjà, dans l'intention de vexer le banquier.

3. Labéon dit qu'on appelle articles d'un registre, toutes les obligations contractées mutuellement de donner, de recevoir, de prêter, de s'obliger, de payer pour soi, et qu'aucun article ne commence par le simple paiement d'une dette; que si le banquier a reçu un gage ou s'est chargé d'un mandat, il n'est

argentariam exercuit: hoc enim primùm deliquit, quod aliò instrumentum transulit. Quod si in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur; minimè hoc facere cogitur, nisi descriptum velis, ubi de ea re agitur, eum tibi dare, tuis videlicet sumptibus.

5. *Paulus lib. 3. ad Edictum.*

Spatiumque ad perferendas eas tribuendum est.

6. *Ulpianus lib. 4. ad Edictum.*

Si quis ex argentariis (ut plerique eorum) in villa habeat instrumentum, vel in horreo; aut ad locum te perducet, aut descriptas rationes dabit.

§. 1. Cogentur et successores argentarii edere rationes. Quòd si plures sunt heredes, et unus habeat; solus ad editionem compelletur: sed si omnes habeant, et unus ediderit, omnes ad editionem compellendi sunt. Quid enim, si humilis et deploratus unus edidit, ut dubitare quis merito de fide editionis possit? Ut igitur comparari rationes possint, etiam cæteri edere debent, aut certè unius editioni subscribere. Hoc idem erit, et si plures fuerint argentarii, à quibus editio desideratur. Nam et si plures tutores tutelam administraverunt simul; aut omnes edere debent, aut unius editioni subscribere.

De successori-
bus argentarii, et
pluribus argen-
tariis, et tatori-
bus.

§. 2. Exigitur autem ab adversario argentarii iurjurandum, non calumniæ causa postulare edi sibi: ne fortè vel supervacuas rationes, vel quas habet, edi sibi postulet, vexandi argentarii causa.

De iurjurando
calumniæ ab eo
qui sibi rationes
edi postulat,
præstando.

§. 3. Rationem autem esse Labeo ait, ultrò citrò dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa negotiationem: nec ullam rationem nuda duntaxat solutione debiti incipere: nec si pignus acceperit, aut mandatam, compellendum edere: hoc enim extra rationem esse. Sed

Rationis ap-
pellatione quid
contineatur.

et quod solvi constituit, argentarius edere debet : nam et hoc ex argentaria venit.

Quid veniat in actionem ex hoc edicto.
Cui edi ratio debet.

§. 4. Ex hoc edicto in id, quod interluit, actio competit.

§. 5. Unde apparet, ita demum tenere hoc edictum, si ad eum pertineat. Pertinere autem videtur ad me ratio, si modò eam tractaveris me mandante : sed si procurator meus absente me mandaverit, an mihi edenda sit, quasi ad me pertineat ? et magis est, ut edatur. Procuratori quoque meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quasi ad eum pertineat : et cauturum de rato, si mandatum ei non sit.

Quibus edendus est dies et consul in initio tabularum inscriptus.

§. 6. Si initium tabularum habet diem, in quibus Titii ratio scripta est, postmodum mea sine die et consule ; eüam mihi edendus est dies et consul : communis enim omnis rationis est præpositio diei et consulis.

Une lettre par laquelle quelqu'un marque qu'un tel est son cohéritier, ne lui donne pas le droit d'agir contre ceux qui possèdent les biens de la succession.

1. Si le débiteur, et celui qui, pour faire son avantage, achetoit un fonds par lui donné en gage à son créancier, sont convenus que le fonds seroit rendu au débiteur, en payant par lui ce qui resteroit dû après la

48. *Gaius lib. 3. ad Legem XII tabularum.*

In traditionibus rerum quodcunque pactum sit, id valere manifestum est.

De pacto traditioni adjecto.

49. *Ulpianus lib. 36. ad Sabinum.*

Si quis crediderit pecuniam, et pactus sit, ut quatenus facere possit debitor, eatenus agat; an pactum valeat? Et magis est, hoc pactum valere: nec enim improbum est si quis hactenus desideret conveniri, quatenus facultates ejus pantiuntur.

De pacto, ut debitor conveniatur, quatenus facere potest.

50. *Idem lib. 42. ad Sabinum.*

Non impossibile puto in contractibus depositi, commodati, et locati, et cæteris similibus hoc pactum, ne facias furem servum meum; hoc est, ne sollicites, ut fur fiat, ut fugitivus fiat, ne ita negligas servum, ut fur efficiatur: sicut enim servi corrupti actio locum habet, ita potest etiam hæc pactio locum habere, quæ ad non corrumpendos servos pertinet.

Si contractui bonæ fidei adiciatur pactum, ne servus fur fiat, ne ita negligatur, ut fur evadat.

51. *Idem lib. 26. ad Edictum.*

Si cum te ex causa legati debere pacisci debitori tuo existimas, pactus sis ne ab eo peteres; neque ipso jure liberatur debitor, neque petentem summovebit exceptione conventionis: ut Celsus libro vicesimo scribit.

De pactis per errorem factis.

§. 1. Idem eodem loco scribit, si debitorem tuum jussisti solvere Titio, cui legatum falsò debere existimas, et debitor pactus sit cum Titio suo debitore constituto; neque tibi adversus tuum debitorem, neque ipsi adversus suum, actionem peremptam.

52. *Idem lib. 1. Opinionum.*

Epistola, qua quis coheredem sibi aliquid esse cavet, petitionem nullam adversus possessores rerum hereditariarum dabit.

Utrum epistola coheres fiat.

§. 1. Si inter debitorem, et eum, qui fundum pignoraturn à créditore, quasi debitoris negotium gereret, emerit; placuit, ut habita compensatione fructuum, solutoque, quod reliquum deberetur,

De herede paciscentis.

fundus debitori restitueretur : etiam heres pacto quod defunctus fecit, fidem præstare debet.

De pacto, ut prædii pignerali tributa debitor agnoscat

§. 2. Pactum, *ut si quas summas propter tributiones prædii pignori nexi factas creditor solvisset, à debitore reciperet, et ut tributa ejusdem prædii debitor penderet*; justum, ideoque servandum est.

De pacto tempore non perpetuando.

§. 3. De inofficioso patris testamento acturus, *ut ei certa quantitas quoad viveret heres, præstaretur*, pactus est; produci ad perpetuam præstationem id pactum postulabatur; rescriptum est, neque jure ullo, neque æquitate tale desiderium admitti.

55. *Idem lib. 4. Opinionum.*

De pacto, ut pars ejus, quod ex lite datum erit, procuratori solvatur.

Sumptus quidem prorogare litiganti honestum est: pacisci autem, ut non quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, *sed pars dimidia ejus, quod ex ea lite datum erit*, non licet.

54. *Scævola apud Julianum lib. 22. Digestorum notat.*

Effectus pacti, ne petatur.

Si pactus sum, *ne Stichum qui mihi debebatur petam*; non intelligitur mora mihi fieri: mortuoque Stichus puto non teneri reum, qui ante pactum moram non fecerat.

55. *Julianus lib. 35. Digestorum.*

An pactum servi fructuario prosit.

Si debitor sit fructuarius, et paciscatur servus, in quo usumfructum habet, *ne ab eo petatur*; paciscendo meliorem conditionem ejus facit. Item si creditor esset fructuarius, et pactus esset, *ne peteret*; servus autem fructuarius pacisceretur, *ut peteret*; beneficio pacti, quod servus interposuisset, utiliter ad pactionem admitteretur.

56. *Idem lib. 6. ad Minicium.*

De effectu pacti, ne dominus à colono petat.

Si convenit, *ne dominus à colono quid peteret*, et justa causa conventionis fuerit; nihilominus colonus à domino petere potest.

compensation des fruits, l'héritier est obligé d'exécuter la convention faite par le défunt.

2. Une convention, par laquelle on établit « que le créancier pourra redemander au débiteur les sommes qu'il aura payées pour le tribut imposé sur le fonds donné en gage, et que le débiteur sera chargé de payer ces impositions », est juste et doit être exécutée.

5. Un fils, prêt à attaquer le testament de son père comme inofficieux, s'étoit accommodé avec l'héritier institué, moyennant une certaine somme qu'il en devoit recevoir pendant sa vie; on vouloit étendre cette convention à une rente perpétuelle. Le rescrit porte qu'une pareille prétention n'étoit fondée ni sur le droit, ni sur l'équité.

55. *Le même au liv. 4. des Opinions.*

Il est assurément fort convenable que les défenseurs des parties avancent les frais du procès; mais il n'est pas permis de stipuler qu'on ne leur rendra point la dépense faite en ce cas avec les intérêts, mais qu'on leur abandonnera une partie, par exemple, la moitié de ce qui doit revenir du gain du procès.

54. *Scévola, cité par Julien au liv. 22. du Digeste, écrit :*

Si je suis convenu de ne point demander un esclave qui m'étoit dû, le débiteur n'est point censé en demeure vis-à-vis de moi. Ainsi je pense qu'après la mort de l'esclave, le débiteur n'est tenu à rien, s'il n'étoit point en demeure avant la convention.

55. *Julien au liv. 35. du Digeste.*

Si un esclave, sur lequel on n'a que l'usufruit, convient avec le créancier de l'usufruitier qu'il n'exigera point sa dette de lui, il procure l'avantage de l'usufruitier. De même, si le créancier ayant l'usufruit s'est engagé à ne pas demander, et que l'esclave soit convenu que la dette seroit demandée, le créancier usufruitier pourra demander en vertu de la convention faite par l'esclave sur lequel il a l'usufruit.

56. *Le même au liv. 6. sur Minicius.*

Si le maître est convenu de ne rien demander à son fermier, et que cette convention ait été précédée d'une cause juste, elle n'empêche point le fermier de demander à son maître ce qu'il lui doit.

57. *Florentin au liv. 8. des Institutes.*

Lorsqu'on a reçu d'avance les intérêts de son débiteur, on est censé être convenu de ne pouvoir, pendant tout ce temps, lui demander le sort principal.

1. Si la convention est personnelle d'un côté et réelle de l'autre, par exemple, si je conviens de ne rien demander, ou qu'il ne sera rien demandé à vous, mon héritier pourra demander, et nous pourrions demander à votre héritier.

58. *Nératius au liv. 3. de ses Feuilles.*

Il n'est point douteux qu'on ne puisse, du consentement des contractans, les choses étant entières, se départir d'une vente, d'un loyer, ou d'autres obligations semblables. Ariston va plus loin : il pense que si le vendeur, après avoir fait la délivrance de tout ce qu'il devoit à raison de la vente, convient avec l'acheteur qu'en rendant par lui tout ce qui lui a été délivré, il ne soit pas obligé à fournir le prix, l'acheteur ne doit pas le prix après avoir rendu les choses qu'il a reçues ; parce que la bonne foi, qui fait la règle de tous ces contrats, souffre cette interprétation et admet cette convention ; et il est indifférent qu'on convienne de résoudre le contrat, toutes choses étant entières, ou qu'on convienne de le résoudre après avoir rétabli les choses dans leur intégrité. On ne pourroit point, dans une convention qui auroit pour objet de résoudre un acte, convenir que l'un des contractans seroit forcé à rapporter tout ce qu'il a reçu de l'autre : une pareille convention introduit plutôt une nouvelle obligation qu'elle ne résout la première.

59. *Paul au liv. 3. des Règles.*

Tous ceux qui peuvent acquérir à notre profit par des stipulations, peuvent aussi, par des conventions simples, rendre notre condition meilleure.

60. *Papirius Justus au liv. 8. des Constitutions.*

L'empereur Antonin a dit dans un rescrit à Avidius Cassius : « que si les créanciers étoient disposés à se contenter d'une partie de leur dette, qui leur étoit offerte par un étran-

57. *Florentinus lib. 8. Institutionum.*

Qui in futurum usuras à debitore acceperat, tacite pactus videtur, ne intra id tempus sortem petat.

De usuris in futurum acceptis

§. 1. Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptum fuerit, veluti, *ne ego petam, vel ne à te petatur*; heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, et ab herede tuo omnes petere poterimus.

Depacto mixto.

58. *Neratius lib. 3. Membranarum.*

Ab emptione, venditione, locatione, conductione, cæterisque similibus obligationibus, quin integris omnibus, consensu eorum qui inter se obligati sunt, recedi possit, dubium non est. Aristoni hoc amplius videbatur : si ea, quæ me ex empto præstare tibi oporteret, præstitissem, et cum tu mihi pretium deberes, convenisset mihi tecum, *ut rursus præstitis mihi à te in re vendita omnibus, quæ ego tibi præstitissem, pretium mihi non dares*, tuque mihi ea præstitisses; pretium te debere desinere : quia bonæ fidei (ad quam omnia hæc rediguntur) interpretatio hanc quoque conventionem admittit : nec quicquam interest, utrum integris omnibus in quæ obligati essemus, conveniret, *ut ab eo negotio discederetur*; an in integrum restituis his quæ ego tibi præstitissem, consentiremus, *ne quid tu mihi eo nomine præstares*. Illud plane conventionem, quæ pertinet ad resolvendum, id quod actum est, perfici non potest, *ut tu, quod jam ego tibi præstiti, contra præstare mihi cogaris* : quia eo modo non tam hoc agitur, ut à pristino negotio discedamus, quàm ut novæ quædam obligationes inter nos constituentur.

Utrum contractus pacto dissolvatur.

59. *Paulus lib. 3. Regularum.*

Per quos adquiri nobis stipulatione potest, per eosdem etiam pactis conventis meliorem conditionem nostram fieri posse placet.

Per quas personas nobis ex pacto acquiritur.

60. *Papirius Justus lib. 8. Constitutionum.*

Imperator Antoninus Avidio Cassio rescripsit, *si creditores parati sint partem ex bonis, licet ab extraneo consequi; rationem habendam prius necessariorum*

Utrum necessariorum personæ præferantur extraneo, qui cum creditoribus pactus est.

personarum , si idoneæ sint.

De quibus pa-
cisci non licet.

61. *Pomponius lib. 9. ad Sabinum.*
Nemo paciscendo efficere potest, *ne sibi locum suum dedicare liceat; aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat; aut ne vicino invito, prædium alienet.*

Utrum pactum
rei noceat fide-
jussori.

62. *Furius Anthianus lib. 1. ad Edictum.*
Si reus postquam pactus sit à se non peti pecuniam (ideoque cœpit id pactum fidejussori quoque prodesse) pactus sit, *ut à se peti liceat; an utilitas prioris pacti sublata sit fidejussori, quæsitum est? Sed verius est, semel adquisitam fidejussori pacti exceptionem, ulterius ei invito extorqueri non posse.*

T I T U L U S X V .

D E T R A N S A C T I O N I B U S .

1. *Ulpianus lib. 50. ad Edictum.*

Differentia
transactionis et
pacti gratuiti.

QUI transigit, quasi de re dubia et lite incerta, neque finita transigit: qui vero paciscitur, donationis causa rem certam et indubitatam liberalitate remittit.

2. *Idem lib. 74. ad Edictum.*

Quomodo tran-
sigitur.

Transactum accipere quis potest, non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta, sed et si pactum conventum fuerit factum.

De effectu tran-
sactionis inter
scriptum herede-
dem, et matrem
defuncti.

3. *Scævola lib. 1. Digestorum.*

Imperatores Antoninus, et Verus ita rescripserunt: *privatis pactionibus non dubium est, non lædi jus cæterorum: quare transactione, quæ inter heredem, et matrem defuncti facta est, neque testamentum rescissum videri passe, neque manumissis, vel legatariis actiones suæ ademptæ. Quare quidquid ex testamento petunt, scriptum heredem convenire debent; qui in transactione hereditatis, aut cavit sibi pro oneribus hereditatis, aut si non cavit, non debet negligentiam suam ad alienam injuriam referre.*

§. 1.

ger; on devoit préférer les personnes de la famille du débiteur, si elles étoient solvables. »

61. *Pomponius au liv. 9 sur Sabin.*

Personne ne peut par une convention simple, renoncer valablement à consacrer un lieu qui lui appartient; à ensevelir un mort dans sa terre, ou à aliéner son héritage sans le consentement de son voisin.

62. *Furius Anthianus au liv. 1. sur l'Edit.*

Un débiteur après s'être fait remettre sa dette (on sait que cette convention est utile au répondant), convient ensuite qu'elle sera exigible; on a demandé si cette seconde convention privoit le répondant de l'avantage qui lui étoit acquis par la première? Mais il est plus probable que l'exception, une fois acquise au répondant, ne peut pas lui être enlevée malgré lui.

T I T R E X V .

D E S T R A N S A C T I O N S .

1. *Ulpien au liv. 50. sur l'Edit.*

LE pacte diffère de la transaction en ce que celui qui transige s'accommode sur une chose douteuse, incertaine, et qui n'est point décidée; au lieu que celui qui fait un pacte remet une dette qui lui est clairement due, par un esprit de libéralité.

2. *Le même au liv. 74. sur l'Edit.*

Pour qu'il y ait une transaction, il n'est pas nécessaire qu'on ait interposé la stipulation Aquilienne; il suffit qu'il y ait une simple convention.

3. *Scévola au liv. 1. du Digeste.*

Les empereurs Antonin et Vêrus ont dit dans un rescrit: « Les conventions des particuliers ne peuvent pas nuire au droit d'un tiers. Ainsi la convention faite entre l'héritier et la mère du défunt, n'a point annulé le testament; les esclaves affranchis et les légataires n'ont point perdu leurs actions: ils doivent donc diriger contre l'héritier écrit, toutes les actions qu'ils ont en vertu du testament. L'héritier en transigeant sur l'héritage, aura eu soin de se faire donner caution que les charges héréditaires seront acquittées; s'il ne l'a pas fait, sa négligence ne doit pas porter préjudice à un tiers. »

4.

1. L'héritier ayant transigé avec la mère du défunt relativement à un fidéicommiss dont il étoit chargé envers elle, on a trouvé ensuite un codicille. On a demandé si la mère pouvoit répéter, en vertu du fidéicommiss, ce qu'elle avoit reçu de moins que sa part. J'ai répondu qu'elle l'obtiendrait.

2. Le débiteur dont le gage avoit été vendu par le créancier, a transigé sur sa dette pour une somme modique avec Mævius, qui se faisoit passer pour l'héritier du créancier. Ensuite, lorsque le testament est devenu public, on a vu que Septicius étoit le véritable héritier. Dans le cas où le débiteur intenteroit contre Septicius l'action *pigneraticæ*, pour avoir son gage, on a demandé si cet héritier pourroit s'aider de l'exception tirée de la transaction faite avec Mævius, qui n'étoit point le véritable héritier; et s'il pourroit redemander à Mævius l'argent qui lui avoit été donné par le débiteur, qui le croyoit héritier? J'ai répondu que, dans l'espèce proposée, il ne pouvoit faire ni l'un ni l'autre; parce qu'il n'avoit point transigé lui-même avec le débiteur, et que Mævius, en recevant la somme, n'étoit point son agent.

4. *Ulpian au liv. 46. sur Sabin.*

La stipulation Aquilienne change absolument les obligations précédentes, de manière qu'elle les détruit. Elle est elle-même détruite par l'acceptilation: tel est le droit dont nous nous servons. D'où il s'ensuit que les legs laissés sous condition, peuvent faire l'objet d'une stipulation Aquilienne.

5. *Papinien au liv. 1. des Définitions.*

Comme la stipulation Aquilienne suppose le consentement des contractans; lorsqu'elle est interposée, les points litigieux auxquels on n'a point pensé restent dans le même état: car l'interprétation des prudens s'oppose à toute libéralité captieuse.

6. *Gaius au liv. 17. sur l'Edit provincial.*

On ne peut transiger valablement sur les différens qui s'élevèrent à l'occasion d'un testament, ni s'instruire de la vérité, qu'après avoir pris connoissance des termes du testament.

7. *Ulpian au liv. 7. des Disputes.*

La transaction interposée sur une affaire litigieuse, même après le jugement, est valable, s'il y a un appel, ou qu'il puisse y en avoir un.

Tomé I.

§. 1. *Cum transactio propter fideicommissum facta esset, et postea codicilli reperti sunt; quæro, an quanto minùs ex transactione consecuta mater defuncti fuerit, quàm pro parte sua est, id ex fideicommissi causa consequi debeat?* Respondit, debere.

De codicillis post transactionem repertis.

§. 2. *Debitor, cujus pignus creditor distraxit, cum Mævio, qui se legitimum creditoris heredem esse jactabat, minimo transegit: postea, testamento prolato, Septicius heredem esse apparuit: quæsitum est, si agat pigneraticia debitor cum Septicio, an is uti possit exceptione transactionis factæ cum Mævio, qui heres eo tempore non fuerit; possitque Septicius pecuniam, quæ Mævio, ut heredi, à debitore numerata est, conditione repetere, quasi sub prætextu hereditatis acceptam?* Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non posse: quia neque cum eo ipse transegit, nec negotium Septicii Mævius gerens accepit.

De transactione cum opinato herede.

4. *Ulpianus lib. 46. ad Sabinum.*

Aquiliana stipulatio omnimodò omnes præcedentes obligationes novat, et perimit: ipsaque perimitur per acceptilationem: et hoc jure utimur. Ideòque etiam legata sub conditione relicta in stipulationem Aquilianam deducuntur.

Effectus stipulationis Aquilianæ, et acceptilationis subjectæ.

5. *Papinianus lib. 1. Definitionum.*

Cum Aquiliana stipulatio interponitur, quæ ex consensu redditur, lites de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur: liberalitatem enim captiosam interpretatio prudentium fregit.

6. *Gaius lib. 17. ad Edictum provinciale.*

De his controversiis quæ ex testamento proficiscuntur, neque transigi, neque exquiri veritas aliter potest, quàm inspectis, cognitisque verbis testamenti.

De controversiis ex testamento.

7. *Ulpianus lib. 7. Disputationum.*

Et post rem judicatam transactio valet, si vel appellatio intercesserit, vel appellare potueris.

De transactione post rem judicatam.

De transactio-
ne.

§. 1. Si fidejussor conventus, et condemnatus fuisset, mox reus transegisset cum eo, cui erat fidejussor condemnatus, transactio valeat, quæritur? Et puto valere: quasi omni causa et adversus reum et adversus fidejussorem dissoluta. Si tamen ipse fidejussor condemnatus transegit, transactione non peremit rem judicatam: tamen eo, quod datum est, relevari rem judicatam oportet.

De alimentis.

§. 2. Usque adeò autem, quod datum est, etiamsi non proficit ad transactionem, extenuat tamen rem judicatam, ut inde sit et dictum, et rescriptum circa alimentorum transactionem, citra prætoris auctoritatem factam, *ut quod datum est, proficiat ad alimenta; ita ut, si quid amplius ex causa alimentorum deberi potest, id præstetur; quod autem datum est, imputetur.*

8. *Idem lib. 5. de omnibus Tribunalibus.*

Senatusconsultum de transactione, de iisdem alimentis, et ejus interpretatio.

Cum hi, quibus alimenta relicta erant, acilè transigerent, contenti modico præsentis; divus Marcus oratione in senatu recitata effecit, *ne aliter alimentorum transactio rata esset, quàm si auctore prætoris facta.* Solet igitur prætor intervenire, et inter consentientes arbitrari, an transactio, vel quæ admitti debeat.

§. 1. Ejusdem prætoris notio ob transactionem erit, sive habitatio, sive vestiarium, sive de prædiis alimentum legabitur.

§. 2. Hæc oratio pertinet ad alimenta, quæ testamento, vel codicillis fuerint relicta, sive ad testamentum factis, sive ab intestato. Idem erit dicendum, et si mortis causa donata fuerint relicta, vel ab eo cui mortis causa donata sunt, relicta. Sed et si conditionis implendæ gratia relicta sunt, adhuc idem dicemus. Planè

1. Le répondant, ayant été actionné, a été condamné. Ensuite le principal obligé a transigé avec le créancier qui avoit fait condamner le répondant. On demande si la transaction vaut. Je pense qu'elle aura son effet; de manière que toute la cause, soit contre le principal obligé, soit contre le répondant, est terminée. Si cependant c'est le répondant qui a transigé après avoir été condamné, sa transaction ne détruit point le jugement. Néanmoins ce qu'il a donné en vertu de la transaction, doit être imputé sur ce qu'il doit payer pour le jugement.

2. Il est si vrai que ce qui a été donné dans ce cas, sans rendre la transaction utile, diminue cependant la somme à laquelle le répondant a été condamné par le jugement, qu'on s'est servi de cet exemple pour juger qu'une transaction faite pour cause d'alimens, sans l'autorité du préteur, avoit l'effet de faire imputer ce qui a été donné sur les alimens; en sorte que, s'il est dû davantage pour les alimens, on doit le fournir; mais ce qu'on a donné doit y être imputé.

8. *Le même au liv. 5. de tous les Tribunaux.*

Ceux à qui on avoit laissé des pensions alimentaires, en transigeoient aisément pour se contenter d'une somme modique qui devoit leur être comptée sur le champ. L'empereur Marc-Aurèle, dans un discours récité au sénat, a établi que dans la cause des alimens, toute transaction seroit nulle, à moins qu'elle ne fût faite sous l'autorité du préteur. Ainsi il est d'usage de recourir au préteur, qui doit arbitrer si la transaction doit être admise, et sous quelles conditions elle doit être faite.

1. Si l'on s'agit d'un legs d'habitation, de vêtemens, ou d'alimens en nature, la transaction aura besoin d'être revêtue de l'autorité du préteur.

2. Le sénatus-consulte regarde les alimens laissés par testament, ou par des codicilles faits après un testament, ou *ab intestat*. Il en faut dire de même s'ils sont laissés par une donation à cause de mort, ou si le donataire à cause de mort en est chargé, ou s'ils sont laissés par celui à qui on avoit imposé cette condition; au reste on peut

transiger, sans l'autorité du préteur, sur les alimens qui ne sont point laissés à cause de mort.

3. Le sénatus-consulte a lieu, soit que les alimens soient laissés par année, par mois ou par jour; il en est de même s'ils ne sont pas laissés à vie, mais seulement pour un temps.

4. Si on lègue à quelqu'un une certaine somme pour se nourrir avec les intérêts, et la rendre à sa mort, quoique les alimens ne soient pas laissés par année, le sénatus-consulte aura lieu.

5. Si on lègue une certaine somme ou une chose à Titius pour fournir des alimens à Séius, Titius pourra transiger; parce que sa transaction ne diminue point les alimens de Séius. Il en est de même si le légataire est chargé par un fidéicommiss de fournir des alimens.

6. Le sénatus-consulte défend les espèces de transactions où celui qui transige a pour but d'avoir une somme sur le champ pour la dissiper. Qu'arriveroit-il donc si quelqu'un transigeoit sans l'autorité du préteur, pour que ce qui lui est dû par année, lui fût payé par mois, ou que ce qui lui est dû par mois lui fût payé par jour, ou que ce qui lui doit être fourni à la fin de l'année, lui soit payé au commencement? Je pense qu'une pareille transaction vaut, parce qu'elle rend meilleure la condition de celui à qui les alimens sont laissés; car le but du sénatus-consulte est que les alimens ne soient pas anéantis par la transaction.

7. Il est indifférent que les alimens aient été laissés à des affranchis ou à des personnes libres, riches ou pauvres.

8. L'intention du sénatus-consulte est qu'on examine devant le préteur ces trois choses: 1.^o la cause de la transaction; 2.^o sa nature; 3.^o la qualité des personnes qui transigent.

9. Dans l'examen de la cause, on cherchera quelle est la raison qui fait désirer la transaction; car le préteur ne permettra point de transiger sans raison. Voici les causes les plus ordinaires: si l'héritier et celui à qui il doit des alimens demeurent dans des endroits différens, ou si l'un d'eux est déterminé à transférer ailleurs son domicile; si celui à qui les alimens sont dus a un be-

de alimentis, quæ non mortis causa do nata sunt, licebit et sine prætore auctore transigi.

§. 3. Sive igitur in menses singulos; sive in dies, sive in annos fuerint relicta; oratio locum habet. Sed et si non fuerint perpetuò relicta, sed usque ad annos certos, idem est.

§. 4. Si integra quantitas alicui fuerit legata, ut ex usuris ejus se alat, et mortis tempore pecunias restituat; non cessabit oratio, licet non in annos singulos videatur id relictum.

§. 5. Sed et si sit certa quantitas relicta Titio, vel res, ita, ut inde alimenta Seio præstentur, magis est, ut transigere Titius possit: nec enim transactione Titii minuuntur alimenta Seii. Idemque est, et si per fideicommissum alimenta ad hoc legatario fuerint relicta.

§. 6. Eam transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, ut quis repræsentatam pecuniam consumat. Quid ergo, si quis citra prætoris auctoritatem transegerit, ut, quod per singulos annos erat ei relictum, consequeretur per singulos menses? Aut quid, si quod per singulos menses ei relictum erat, consequeretur per singulos dies? Quid deinde, si quod consummato anno ut acciperet, initio anni consequatur? Et putò eam transactionem valere: quia meliorem conditionem suam alimentarius tali transactione facit: noluit enim oratio alimenta per transactionem intercepti.

§. 7. Nihil autem interest, utrùm libertini sint, quibus alimenta relicta sunt, an ingenui: satis locupletes, an minus.

§. 8. Vult igitur oratio, apud prætorem de istis quæri: in primis de causa transactionis: dein de modo: tertio de persona transigentium.

§. 9. In causa hoc erit requirendum, quæ causa sit transigendi: sine causa enim neminem transigentem audiet prætor. Causæ ferè hujusmodi solent allegari: si alibi domicilium heres, alibi alimentarius habeat: aut si destinet domicilium transferre alter eorum: aut si causa aliqua urgeat præsentis pecuniæ: aut si à pluribus ei alimenta relicta sint, et minutatim

singulos convenire difficile ei sit : aut si qua alia causa fuit , ut plures solent incidere , quæ prætori suadeant transactionem admittere .

§. 10. *Modus quoque pecuniæ , quæ in transactionem venit , æstimandus est : utputà quantitas transactionis : nam etiam ex modo fides transactionis æstimabitur . Modus autem pro ætate ejus qui transigit , arbitrandus est , et valetudine : nam aliàs cum puero , aliàs cum juvene , aliàs cum sene transigi palàm est : constat enim alimenta cum vita finiri .*

§. 11. *Sed et personarum contemplatio habenda est : hoc est , cujus vitæ sint hi quibus alimenta relicta sunt : utrùm frugi vitæ hi sint , qui alias sufficere sibi possint , an sequioris , qui de alimentis pendeant . In persona ejus , à quo alimenta relicta sunt , hæc erunt specienda : in quibus sunt facultatibus , cujus propositi , cujus opinionis : tunc enim apparebit , numquid circumvenire velit eum , cum quo transigit .*

§. 12. *Qui transigit de alimentis , non videbitur neque de habitatione , neque de vestiario transigisse : cum divus Marcus specialiter etiam de istis transigi voluerit .*

§. 13. *Sed et si quis de alimentis transegerit , non habebit necesse etiam de habitatione , vel cæteris invitus transigere : poterit igitur vel de omnibus simul , vel de quibusdam facere transactionem .*

§. 14. *De calciario quoque arbitrio prætoris transigendum est .*

§. 15. *Si uni , pluribusve fundus ad alimenta fuerit relictus , velintque eum distrahere ; necesse est prætorem de distractione ejus , et transactione arbitrari . Sed si pluribus fundus ad alimenta fuerit relictus , et hi inter se transigant ; sine prætoris auctoritate facta transactio rata esse non debet . Idem est , et si ager fuerit in alimenta obligatus : nam nec pignus ad hoc datum , inconsulto prætore poterit liberari .*

soin pressant de trouver de l'argent sur le champ ; si plusieurs sont chargés de lui fournir ses alimens , et qu'il lui soit difficile de demander à chacun de petites portions ; enfin s'il y a quelqu'autres raisons , comme il peut en survenir plusieurs , qui déterminent le prêteur à permettre la transaction .

10. On doit aussi examiner la quantité d'argent qui fait le prix de la transaction ; car cette connoissance fera juger de la bonne foi de ceux qui l'ont faite . Cette quantité doit s'estimer à raison de l'âge et de la santé de celui qui transige ; car on sent bien qu'on transige différemment vis-à-vis d'un enfant , d'un jeune homme ou d'un vieillard , puisque la vie est le terme des alimens .

11. Il faut encore faire attention à la qualité des personnes , c'est-à-dire , examiner la conduite de ceux à qui les alimens sont laissés ; s'ils sont économes et qu'ils puissent tirer leurs subsistances d'ailleurs , ou des dissipateurs dont la vie dépende des alimens qui leur sont laissés . A l'égard de celui qui est chargé de fournir les alimens , il faudra examiner quelles sont ses facultés , son dessein , sa façon de penser ; car on pourra voir par là s'il ne cherche point à tromper celui avec qui il transige .

12. Une transaction faite sur les alimens ne sera pas étendue à l'habitation , ni au vêtement . Le discours de l'empereur Marc-Aurèle veut qu'on transige séparément sur ces différens objets .

13. Pour être admis à transiger sur les alimens , il n'est pas nécessaire de transiger en même temps sur l'habitation et sur le reste . On pourra transiger sur le tout en même temps , ou sur quelques objets seulement .

14. Il faut aussi l'autorité du prêteur pour transiger sur la chaussure .

15. Si on a légué à une ou à plusieurs personnes , un fonds pour leur tenir lieu d'alimens , et qu'elles veuillent l'aliéner , il faudra recourir au prêteur , pour qu'il permette l'aliénation et la transaction . Dans la même espèce , si ceux à qui le fonds est laissé transigent ensemble sans l'autorité du prêteur , la transaction ne vaut rien . Il en est de même si le fonds a été simplement hypothéqué pour la sûreté des alimens ; car un gage donné pour la même

cause ne peut pas être rendu sans l'autorité du préteur.

16. Il est clair que l'autorité du préteur est également nécessaire pour les transactions qui se font sur la totalité des alimens, et pour celles qui se font sur une partie.

17. Si le préteur permet de transiger sans connoissance de cause, la transaction sera nulle; car le pouvoir du préteur est d'examiner, et non pas de négliger ou de faire une libéralité. Si même il n'a point étendu son examen à toutes les choses portées dans le sénatus-consulte, c'est-à-dire, à la cause de la transaction, à la somme qui en fait le prix, et à la qualité des personnes, la transaction doit être regardée comme nulle, quoique quelques points aient été examinés.

18. En cette matière, le préteur, ou le président de la province, ne peut pas déléguer sa juridiction.

19. Les transactions sur les alimens peuvent se faire devant le procureur du prince, dans le cas où ils sont dus par le fisc; elles pourroient aussi se faire devant le magistrat préposé au trésor public.

20. S'il s'est élevé un procès au sujet des alimens, et qu'on ait transigé sur le procès, la transaction ne peut point valoir sans l'autorité du préteur: autrement on éluderoit la disposition du sénatus-consulte; car on pourroit feindre un procès, pour pouvoir transiger sans l'autorité du préteur.

21. Si une même personne a reçu par le même testament un legs d'alimens, et un legs d'une somme payable sur le champ, et qu'elle ait transigé sans l'autorité du préteur, ce qu'elle a reçu en vertu de la transaction doit s'imputer d'abord sur le legs de la somme payable sur le champ, et le reste sur les alimens.

22. Lorsque celui à qui les alimens sont dus, transige sans l'autorité du préteur, ce qu'il a reçu s'impute sur les alimens qui sont dus pour le passé. Il est indifférent qu'il lui soit dû plus ou moins qu'il n'a reçu; car s'il lui est dû moins, ce qu'il a reçu s'imputera toujours sur les alimens passés. Cependant, si celui qui a transigé a tourné à son profit le paiement qu'il a reçu, il sera très-juste d'accorder à l'autre une action pour redemander la somme qu'il a payée, jusqu'à con-

§. 16. Arbitratu prætoris vel de universis alimentis, vel de parte eorum transigi oportere plus quàm manifestum est.

§. 17. Si prætor aditus, citra causæ cognitionem, transigi permiserit, transactio nullius erit momenti: prætori enim ea res quærenda commissæ est, non negligenda, nec donanda. Sed et si non de omnibus inquisierit, quæ oratio mandat; hoc est de *causa*, de *modo*, de *personis* transigentium: dicendum est, quamvis de quibusdam quæsierit, transactionem esse irritam.

§. 18. Sed nec mandare ex hac causa jurisdictionem vel præses provinciæ, vel prætor poterit.

§. 19. Transactiones alimentorum etiam apud procuratorem Cæsaris fieri possunt: scilicet si à fisco petantur alimenta: secundum quæ et apud præfectos ærarii transigi poterit.

§. 20. Si cum his quidem esset de alimentis, transactum autem de lite fuisset, transactio valere inconsulto prætore non potest; ne circumveniatur oratio: fingi enim lites poterunt, ut transactio etiam citra prætoris fiat auctoritatem.

§. 21. Si eidem alimenta, et præterea legatum præsentis die datum sit, et transactum fuerit citra prætoris auctoritatem; id, quod datum est, imputabitur prius in legatum, quod præsentis die datum est; superfluum, in alimentariam causam.

§. 22. Si quis de alimentis transegerit sine prætoris auctoritate, id quod datum est, in præterita alimenta cedit; nec interest, tantum in quantitate sit debita, quantum datum est, an minus, an plus: nam et si minus sit, adhuc tamen id quod in solutum datum est, in præterita alimenta imputabitur. Sanè si is, qui de alimentis transegit, locupletior factus sit ea solutione; in id quod factus sit locupletior, æquissimum erit in eum dari re-

petitionem: nec enim debet ex alieno damno esse locuples.

§. 23. Si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit relicta homini honestioris loci, veluti salarium annuum, vel usufructus; transactio et sine prætore fieri poterit. Cæterum, si usufructus modicus alimentorum vice sit relictus, dico transactionem citra prætorem factam nullius esse momenti.

§. 24. Si cui non nummus ad alimenta, sed frumentum, atque oleum, et cætera quæ ad victum necessaria sunt, fuerint relicta; non poterit de his transigere: sive annua, sive menstrua ei relinquantur. Si tamen ita sine prætore transegerit, ut in vicem eorum nummum quot annis, vel quot mensibus acciperet, et neque diem, neque modum permutavit, sed tantum genus: vel ex contrario si pactus fuerit, ut in generibus alimenta acciperet, quæ in nummis ei relicta fuissent: vel si vinum pro oleo, vel oleum pro vino, vel quid aliud commutavit: vel locum permutavit, ut quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio, vel in provincia acciperet, vel contra: vel personam commutavit, ut quod à pluribus erat accepturus, ab uno acciperet: vel alium pro alio debitorem acceperit; hæc omnia habent disceptionem prætoris, et pro utilitate alimentarii recipienda sunt.

§. 25. Si ad habitationem certa quantitas sit annua relicta, et ita sit transactum sine prætore, ut habitatio præstetur, valet transactio: quia fructus habitationis præstatur, licet ruinæ, vel incendio subjecta transactio est. Per contrarium quoque, si pro habitatione, quæ erat relicta, placuerit certam quantitatem præstari; transactio rata est et citra prætorem.

9. *Idem lib. I. Opinionum.*

Qui cum tutoribus suis de sola portione administratæ tutelæ suæ egerat, et transegerat: adversus eosdem tutores ex per-

currence du bénéfice qu'en a fait celui qui l'a reçue; parce qu'il ne doit pas s'enrichir aux dépens d'un autre.

23. Si on a laissé à un homme d'une condition honnête, une certaine somme par an qui tienne lieu d'une pension annuelle ou d'un usufruit, il pourra en transiger sans l'autorité du préteur. Au reste, si on a laissé un usufruit modique pour tenir lieu d'alimens, je pense qu'on ne peut point en transiger sans l'autorité du préteur.

24. Si on a laissé à quelqu'un par forme d'alimens, non pas de l'argent, mais du blé, de l'huile et d'autres choses nécessaires à la vie, il ne pourra point en transiger, soit que les paiemens doivent se faire par an ou par mois. Si cependant la transaction qu'il a faite, a pour but de lui faire recevoir une somme par an, à la place des fruits, sans changer les temps du paiement ni la quantité, mais seulement le genre; ou si au contraire il a transigé pour recevoir en nature les alimens qui lui avoient été laissés en argent; s'il demande de l'huile au lieu du vin, ou du vin au lieu de l'huile; ou s'il fait quelqu'autre changement semblable; s'il change le lieu des paiemens pour recevoir en province, ou dans une autre ville, ce qui devoit lui être payé à Rome, ou réciproquement; s'il change la personne, en sorte que ce qui étoit dû par plusieurs lui soit dû par un seul, ou même s'il prend un nouveau débiteur au lieu du premier; toutes ces choses sont soumises à l'examen du préteur, et doivent être admises pour le bien de celui à qui les alimens sont dus.

25. Si on a laissé une certaine somme par an pour tenir lieu d'habitation, la transaction qui a pour objet de fournir l'habitation elle-même, est valable, quoique faite sans l'autorité du préteur; parce que celui à qui le legs est fait recueille le fruit de l'habitation. Il est pourtant vrai qu'une pareille transaction ne donne qu'une habitation exposée aux ruines et aux incendies. Si l'habitation est laissée en nature, on peut également transiger, même sans l'autorité du préteur, pour l'avoir en argent.

9. *Le même au liv. I. des Opinions.*

(Deux frères étant sortis de tutelle), l'un d'eux avoit actionné ses tuteurs pour leur faire rendre compte de la partie de l'ad-

Si is qui transegit agat ex persona alterius cui successit.

ministration qui le concernoit, et il avoit transigé avec eux; devenu héritier de son frère, il agit contre les mêmes tuteurs du chef de son frère. Ils ne peuvent point lui opposer d'exception tirée de la transaction qu'il a faite avec eux.

1. Toute transaction est restreinte aux choses que les contractans ont eu en vue.

2. Celui qui, par la ruse de son cohéritier, ignorant les véritables forces de la succession, transige avec lui sans interposer la stipulation Aquilienne, est regardé comme ayant été trompé, et non pas comme ayant contracté.

3. Si un fils, ignorant le droit qu'il a d'intenter contre le testament de son père la plainte en inofficiosité, transige avec ses adversaires sur d'autres objets, sa transaction ne lui nuira que relativement aux objets que les contractans ont eu en vue. La transaction faite, même par un majeur de vingt-cinq ans, ne nuit que relativement aux objets sur lesquels on a transigé; car, si on en découvre de nouveaux pour lesquels on a une action à intenter, il seroit injuste de croire que la transaction ait éteint des droits auxquels on n'a pas pensé.

10. *Le même au liv. 1. des Réponses.*

La transaction faite par un père sur des droits appartenans à son fils qui n'est pas sous sa puissance, ne peut point lui nuire.

11. *Le même au liv. 4. sur l'Édit.*

On peut transiger après le jugement, lors même qu'il n'y a pas lieu à l'appel, si toutefois on nie que le jugement ait été porté, ou qu'on puisse ignorer qu'il l'ait été; parce que, dans ces cas, il peut y avoir encore un procès.

12. *Celse au liv. 3. du Digeste.*

On ne doit pas écouter celui qui, après avoir transigé en général sur les legs qui lui sont faits par testament, prétend ensuite qu'il n'a entendu transiger que de ce qui lui étoit laissé dans la première partie du testament, et non pas de ce qui lui est laissé dans la seconde. Si cependant on produisoit par la suite un codicille, je pense qu'il pourroit dire avec fondement qu'il n'a entendu transiger que sur ce qui lui étoit laissé dans l'acte qu'il connoissoit au temps de la transaction.

sona fratris sui, cui heres extiterat, agens, præscriptione factæ transactionis non summovetur.

§. 1. *Transactio, quæcunque sit, de his tantum, de quibus inter convenientes placuit, interposita creditur.*

§. 2. *Qui per fallaciam coheredis ignorans universa, quæ in vero erant, instrumentum transactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit; non tam paciscitur, quàm decipitur.*

De dolo coheredis transigentis

§. 3. *Ei, qui nondum certus, ad se querelam contra patris testamentum pertinere, de aliis causis cum adversariis pacto transegit; tantum in his interpositum pactum nocebit, de quibus inter eos actum esse probatur. His tantum transactio obest, quamvis major annis viginquinque eam interposuit, de quibus actum probatur: nam ea, quorum actiones competere ei postea compertum est, iniquum est perimi pacto, id de quo cogitatum non docetur.*

Ad quæ transactio pertinet.

10. *Idem lib. 1. Responsorum.*

De re filiorum, quos in potestate non habuit, transigentem patrem minimè eis obesse placet.

An transactio patris noceat filio

11. *Idem lib. 4. ad Edictum.*

Post rem judicatam, etiamsi provocatio non est interposita, tamen si negetur judicatum esse, vel ignorari potest, an judicatum sit, quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest.

De transactione post rem judicatam.

12. *Celsus lib. 3. Digestorum.*

Non est ferendus, qui generaliter in his quæ testamento ei relicta sunt, transegerat, si postea causetur de eo solo cogitasse, quod prima parte testamenti, ac non etiam quod posteriore legatum sit. Si tamen postea codicilli proferuntur, non improbè mihi dicturus videtur, de eo duntaxat se cogitasse, quo illarum tabularum, quas tunc noverat, scriptura contineretur.

Effectus transactionis generalis.

15. *Æmilius Macer lib. 1. ad Legem vicissimam hereditatum.*

De procuratore principis.

Nulli procuratorum principis, inconsulto principe, transigere licet.

14. *Scævola lib. 2. Responsorum.*

De transactione inter legitimum et scriptum heredem.

Controversia inter legitimum, et scriptum heredem orta est, eaque transactione facta, certa lege finita est: quæro, creditores quem convenire possunt? Respondit, si iidem creditores essent, qui transactionem fecissent: si alii creditores essent, propter incertum successionis, pro parte hereditatis, quam uterque in transactione expresserit, utilibus actionibus conveniendus est.

15. *Paulus lib. 1. Sententiarum.*

Pacto convento Aquiliana quidem stipulatio subjici solet: sed consultius est, huic pœnalem quoque stipulationem subjungere: quia rescisso fortè pacto, pœna ex stipulatu peti potest.

16. *Hermogenianus lib. 1. juris Epitomarum.*

Qui fidem licitæ transactionis rupit, non exceptione tantum summovebitur, sed et pœnam, quam, si contra placitum fecerit, rato manente pacto stipulanti rectè promiserat, præstare cogetur.

17. *Papinianus lib. 2. Quæstionum.*

Venditor hereditatis, emptori mandatis actionibus, cum debitore hereditario, qui ignorabat venditam esse hereditatem, transegit. Si emptor hereditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio transacti negotii debitori propter ignorantiam suam accommodanda est. Idem respondendum est et in eo, qui fideicommissam recepit hereditatem, si heres cum ignorante debitore transegit,

An transactio cum herede facta emptori hereditatis vel fideicommissario noceat.

13. *Æmilius Macer au liv. 1. sur la Loi du vingtième sur les hérédités.*

Il n'y a aucun procureur du prince qui puisse transiger sans son consentement.

14. *Scévola au liv. 2. des Réponses.*

Il s'est élevé un procès entre l'héritier du sang et l'héritier institué par testament: on a transigé sous de certaines conditions. On a demandé à qui les créanciers de la succession devoient s'adresser? J'ai répondu, soit que les créanciers soient ceux-là mêmes qui ont fait la transaction, soit qu'il s'en présente d'autres, ils doivent intenter une action utile contre chacun des héritiers, dont l'objet sera proportionné à la portion que chacun retire en vertu de la transaction; parce qu'il n'est pas certain à qui appartient la succession.

15. *Paul au liv. 1. des Sentences.*

On a coutume d'insérer à la fin des conventions, un stipulation Aquilienne; mais il est plus prudent d'y joindre une stipulation portant une peine; parce que si la convention vient à être détruite, on peut toujours demander la peine par l'action qui naît de la stipulation.

16. *Hermogénien au liv. 1. des Epitomes du droit.*

Celui qui n'observe pas une transaction, non-seulement est débouté de ses demandes par une exception, mais encore s'il a promis une peine (et cette promesse est valable) dans le cas où il s'élèveroit contre la transaction, la convention subsistant toujours, il est forcé à la payer.

17. *Papinien au liv. 2. des Questions.*

Un héritier avoit vendu ses droits successifs, et délégué à l'acheteur toutes ses actions; ensuite il va trouver un débiteur de la succession, qui ignoroit la vente par lui faite, et transige avec lui. Si l'acheteur veut exiger de nouveau la dette, on pourra donner au débiteur, en faveur de son ignorance, l'exception tirée de la transaction faite avec le vendeur. Il en faut dire de même par rapport à celui qui reçoit de l'héritier une succession qu'il étoit chargé de lui rendre, si l'héritier a de même transigé avec un débiteur de la succession qui ignoroit le fideicommiss.